

STELIS *Stw.*

Stelis parvibracteata *Ames sp. nov.* Aff. *S. obscuratae* Reichb. f. Radices fibratae, patentes. Caules oblique ascendentes, plus minusve 3 cm. longi, uniarticulati, vaginis duabus alte et arcte amplexantibus obtecti, monophylli. Folium cum petiolo 5–11 cm. longum, usque ad 1.5 cm. latum, ligulatum, coriaceum, anguste oblanceolatum, obtusum, marginatum, in petiolum 2 cm. longum sensim productum. Pedunculus singulus, folio multo longior, cum racemo 10–18 cm. longus, infra racemum paucibracteatus. Racemus plus minusve 10 cm. longus, laxe multiflorus. Bracteae inflorescentiae minutae, vix 1 mm. longae, late ovatae, valde acutae, quam pedicellus cum ovario multo breviores. Pedicellus cum ovario plus minusve 2 mm. longus. Flores 5 mm. trans medium, purpurei. Sepala lateralalia 2 mm. longa, vix 3 mm. lata, late ovata, vix obtusa, trinervia. Sepalum dorsale 2.5 mm. longum, 3 mm. latum, late rotundato-ovatum, trinervium. Petala cuneata, 1 mm. longa, plus minusve 1 mm. lata prope apicem, trinervia, apice valde incrassata, glabra vel exiliter papillosa. Labellum 1 mm. longum, plus minusve 1 mm. latum, elliptico-reniforme, apiculatum, apiculo triangulo, acuto, erecto; discus callo permagno ornatus. Columna brevis, apicem versus conspicue dilatata.

In habit similar to *S. coiloglossa* Schltr., but different in having shorter stems and a reniform-apiculate, not ovate obtuse lip.

PANAMA, Cana and vicinity, *R. S. Williams* 972, April 27, 1908. On trees, flowers purplish. 6000 feet altitude.